

De
Tinctura

1704

M. III
206

ULB Düsseldorf



+1372 438 01

Nicht ausleihbar



TING
AU

MEDICINA

EJUS

Preparation

in morbo

ad

Lupus

GERA

Phil

Diversorum

Archiatro,

Medico,

a

Ætatis fo

WAR

press. à C

el Princip

graph

DE
TINCTURA
AUREA,

SIVE
MEDICINA ferè VNIVERSALI,
EJUS MATERIA,
Præparatione, viribus, & usu:
in morborum ultionem,
ad vitam longam.

Liber à *J. Ludovico*
GERARDO GISE,
Phil. & Med. Doct.

Diversorum Principum, Comitumque
Archiatro, Diœcesis Monasteriensis
Medico, & Consule ultra 25.
annos primario;
Ætatis suæ anno 85. notificata.

WARENDORPII,
Impress. à CHRISTOPHO NAGEL,
Cels. Principis Monasteriensis, typo-
grapho-Aulico, 1704.



Med. III. 206

^{23c}

DEL
ENT
OM
CREA
Origin
SU
D
SAC

71/3531

DEDICATIO.

ENTIUM ENTI,

OMNIUMQUE

CREATORUM

Origini transcendentali,

SUMMO

DEO

SACRUM.

DEDICATIO

ENTIM ENTI

OMNINOVE

CREATORUM

Origini transcendentali

SUMMO

DEO

SACRUM.

Um à p
tionis
limar
nec cuius
illud quæ
& German
que vicinis
tamen ullo
tandem post
impensos su
senectute an
Supremo N
pum mihi
perveni, r
tatus, Qu
miferorum
rem, id iust
teris locis
trado; ita
nobilitas vi
lesidi, &
tori in inc
cur.

Ad Lectorem.

CUM à primis Medicinæ & Vocationis meæ incunabulis, eò colimârim ut quodam præcellenti, nec cuivis obvio potirer remedio, illudquè in Italiæ, Galliæ, Hollandiæ & Germaniæ universitatibus, locisque vicinis sedulus quæfiverim, sine tamen ullo fructu obtineri licuerit. tandem post industrios labores, & impensos sumptus, in extremâ meâ senectute anno ætatis 82. adspirante supremo Numine & Lumine ad scopum mihi industriè præfixum felix perveni, remedio supra vulgari dotatus. Quod nè in ægrotantium & miserorum præjudicium supprime-rem, id ipsum à plurimis etiam exteris locis sollicitatus publico juri trado : ita tamen nè tanta Medicinæ nobilitas vilescat, aut cuivis indigno, desidi, & laborum sumptuumque osori in incapacem buccam projiciatur.

Præfatio.

Hicce, vale Lector benevole: lege,
rumina, & digniora si fas sit posteri-
rati & valetudini relinque, nec igno-
rans iniquam censuram feras: nisi ex-
cellentiora in lucem proferre valeas.
Finio cum s. Aug. serm. 49. de temp.
7. 10. col. 683. Ipsa est perfectio ho-
minis, invenisse se non esse perfe-
ctum; nemo sibi placeat; nemo ali-
cui insultet; omnes sic velimus pro-
ficere, ut non invideamus proficien-
tibus; non insultemus deficienti-
bus.

Præ-

PRÆ
A Rchi
Adico
Hippocr
morbora
enim nat
cum pro
bus, &
bus vita
ci: in
indiget
vitate m
nibus &
corporeis



PRÆLIMINARIA.

1.

ARchiater supremus & medicorum facile Princeps Hippocrates ait, naturam esse morborum medicatricem; hæc enim natura seu anima & vitæ cum proprietatibus, facultatibus, & potentiis suis, seu spiritibus vitalibus in sanis per se sufficit: in infirmis verò succursu indiget & robore, pro mali gravitate modificando, & dat omnibus & singulis suis organis corporeis vitam, eaque vivifi-

A † cat,

cat, quæ per se emortua & passivè vivificationem, & influxum vitalem patiuntur : imò pro varietate & differentiâ partium diversimodè operantur, & determinationem à spiritibus vitalibus haustam accipiunt. Sic anima una eademquè in oculis & non alibi visum, in auribus auditum, in cerebro intellectum : uti in organis materialibus appropriatis variè operationes suas exercet. Quod evidenter auditur in organorum fistulis, ubi solus aër ijs insufflatus, varios juxta earum fabricam seu structuram, edit sonos : in puris & defœccatis sonoros & gratos,

in

in impuris variegatos et stridulos efflat. Sic natura sive anima sensitiva seu materialis, è potentiâ materiæ educta, sive spiritus vitalis in homine (ab Hippocrate impetum faciens dictus & in continuo fluore consistens) continuo fovetur & sustentatur nutrimento ex usu sex rerum naturalium hausto; quarum abusu aut errore, si debilitetur, vitietur, corrumpatur, & à suâ conveniente harmoniâ seu temperie abcedat; tum functiones naturales flaccescentes indebitè operantur, & subsidium desiderant, ut fiat natura potens ad noxium eliminandum; Et sine

hisce sex rebus naturalibus nullus homo, aut etiam animal perfectum vitâ diù frui poterit. Et consistunt in cibo & potu, calore & frigore, motu & quiete, somno & vigiliâ, aëre & aquâ, animique patematibus.

Quæ pro subjectorum varietate diversificantur, & unicuique fruendi se accomodant & variegantur: uti unus idemque sol, ejusque calor & astrorum influxus omnibus sublunaribus quidem communis est, sed à singulis singulares suscipit determinationes.

2. Hæc Natura, Vita, Lux, & spiritus vitales sunt individua
&

& inseparabilia, & hi spiritus sunt in continuo fluore pro vitæ nutritione, regeneratione, augmento, in- & expiratione, & spontè dissipantur & consumuntur; nisi convenientepabulo redintegrentur; quæ redintegratio eruitur ex sex rebus naturalibus: uti cibo potu aëre etc. vel ex medicamento:

Nam alimentum seu spirituum nutrimentum dicitur, quod in spirituales vapores est conversum, ut indè nutriantur. Ubi NB. quod magna ciborum potuumvè ingluvies, parum præbeat nutrimenti in spiritus vitales convertibilis; sed inutile

excrementum per sedes, urinam, aut per cutis spiracula eliminatur.

Aitque Sanctorius de arte staticâ: quod unica ista insensibilis perspiratio, prævaleat omnibus aliis evacuationibus simul sumptis. Medicamenta verò abundantiore spirituum copiâ beantur, & secundum gradus eorumque ascensiones distinguuntur, & alimentis multò uberius tribuunt spiritibus vitalibus incrementum; inter quæ Medicina universalis primatum tenet, & ex tam nobili materiâ debet esse eruta, sublimata, volatilifata, & graduata,
ut

ut cum spiritibus nostris vitalibus intimè, inseparabiliter, & homogeniè unita, & consubstantiata fiat morborum medicatrix. Et ita uti lux quæ est vita hominis (teste S. Joanne cap. i. Et vita hominis est lux lucens in tenebris) luceat in suo corporeo hospitio per omnes organorum partes, et terminum suæ potestati inditum (nisi impediatur) decenter absolvat, omnesque obstructions, obstacula, & tenebrosa impedimenta permeando & illuminando dissipet & exturbet.

Quod spirituum alimentum fluor & effluviū, & tandem
calidi

calidi nativi & humidi radicalis consumptio, omnium evidentissimè, & ad oculum cernitur in lampade lucifero, ignifero & fumigero oleoque repleto, in quo oleum est nutrimentum & augmentum Lucis: Lux & calor illud convertit in suam substantiam, subtiliat, volatiliat, & in spiritus subtilissimos convertit. Qui spiritus continuo generantur, & continuo evaporant, iisque consumptis novi generando succedunt tam diu durabiles, quam diu materia spiritibus apta suppeditatur. Quâ deficiente lux calorque extinguitur & evanescit.

Non

Præ
Non ne e
modus
nento, au
fluore & di
vitalium in
nonnulli qu
effluvis, et
mentis, ut
cibus, ali
conantur
sympathic
stans, &
Helmont.
rum curati
glus. Grub
dicinâ spir
3. Resta
causis ha

Non nè eadem prorsus ratio
 & modus in generatione, nutri-
 mento, augmento, subtilitate,
 fluore & dissipatione spirituum
 vitalium invenitur? imò sunt
 nonnulli qui ex istis spirituum
 effluviis, etiam humanis excre-
 mentis, uti sanguine, urinâ, foe-
 cibus, aliisque adhuc insitis
 conantur probare pulverem
 sympathicum, actionem indi-
 stans, & magnetisimum. Uti
 Helmont. de inagneticâ vulne-
 rum curatione. Guilbert. An-
 glus. Grubbe, Wurdig de Me-
 dicinâ spirituum, & alij.

3. Restat inquirendû, quibus
 de causis hi spiritus vitales viti-
 entur,

entur , aut lædantur : ut qui
 alias vitæ sustentandæ , nunc
 ejusdem expellendæ rationem
 induant : cujus causa genera-
 lissima , sunt sex rerum natura-
 lium præpostera administratio,
 indebitus usus , & omnium
 omninò morborum radix.

De proximiorè causâ in va-
 rias itur opiniones. Galenici 4.
 humores : Chymici tria princi-
 pia : salem, sulphur, et mercu-
 rium statuunt. Democritus et
 Leucippus variam atomo-
 rum corpuscularium texturam:
 Quos Cartesius, Sperlingius,
 Boyle alijque sequuntur. Otto
 Tackenius (olim mihi Patavij &
 Venetiis

Venetijs intimus) alijsq; acidum
 & alcali, seu pituita et bilem, D.
 Dr. Craanius (quem allegat D.
 Dr. Cohaus in suis tentaminibus,
 latinitate et Theoria præclarus)
 solum acidum p. n. vel per se
 statuit, vel cum bile inviscatum
 defendit: Et quod ex solo aci-
 do p. n. & quod alcali seu bilis
 ab acido inviscata, ejus indolem
 pessundet, invertat et corrup-
 pat: undè pugna acidi et alcali
 seu bilis in phlogosin acta, in ca-
 lorem p. n. in inflammationem,
 in corrosivum, æruginosum etc.
 immutatur. Undè febres, pleu-
 ritides, ulcera eachoetica, lupus,
 B cancer,

cancer, aliaque bili hætenus
adscripta mala, emergunt.

Ex acido autem pituitoso,
morbi Chronici, scorbutus, pa-
ralysis, obstructions indèque
ortæ ægritudines, sedem figunt.
Sic succus pancreaticus, lon-
giore in ductibus lateralibus,
pituita viscida obstructis, fit
acidus, seu in acidum p. n. con-
versus, et plurimorum morbo-
rum nidus, et maxima malo-
rum causa.

Sic in primis vijs meritò quæ-
renda, et ex ijs pellenda, quod
pauci attendunt et paucis ex-
quisitis remedijs obtinetur.

Hic quoque observandum

occur-

occurrit; sicuti pro diversâ sex
rerum naturalium ad vitam
necessariarum subtilitate et bo-
nitate, diversæ vires enascuntur:
ita quoque non modò animalium,
vegetabilium, et subterraneorum;
sed etiam hominum mores et morbi
sequuntur coelestium influxus, Solis,
aëris, et locorum diversitates,
quæ ijs uti proprijs inhærent, et
secundum diversas mundi plagas
diversificantur. Vide desuper
Robertum de Fluctibus Anglum,
qui allegat ex Ss. Scripturâ.

1.

Ab Oriente. Spiritus ignei.

Deuteron, cap. 28. vers. 20:

B z

quia

Quia non observasti præcepta
mea, percutiam te tabe calidâ
et æstuante et urente febre, et
siccitate et morbo regio, quæ
persequentur te, donec pereas.

2.
à Meridie. Spiritus aërei.

Deut. cap. 28. vers. 21. quia
non custodivisti mandata mea,
percutiam te æstu, et aëre cor-
rupto, et adjungam tibi pesti-
lentiâ; quæ persequentur te,
donec pereas.

3.
Ab Occidente. Spiritus
aquatici.

Deut. cap. 28. vers. 21. Emittam
spiritus

spiritus meos aquaticos ut corporis tui terram variè evertant.

Job. cap. 12. Percutiam te Hydrope. Luc. 14. Lunaticum te efficiam & muto spiritu affectum. Matth. 17. Paralyti te dissolvam ita ut functiones tuæ sint impeditæ, & os tuum occludam, ut non possis loqui.

Ab Aquilone. Spiritus terrei.

Deut. cap. 28. vers. 22. Quia noluisti audire vocem meam, percutiam te egestate & frigore: & dabo tibi cor trepidum & moerorem animi donec pereas.

B 3

Undè

Undè patet quemadmodum
 differentes mundi plagæ, diffe-
 rentes pariunt & nutriunt mor-
 bos ; ita etiam differentes ex-
 postulant curationes : neque
 enim tenuissima & strictissima
 diætâ , & potissimum refrige-
 rantia, in morbis locisque cali-
 dioribus, Orientalibus & Meri-
 dionalibus proficua : eadem in
 Occidentalibus & Septentrio-
 nalibus locum inveniunt : ubi
 solidiores & contumaciores
 morbi, solidiora ex postulant
 infirmitatum remedia : ubi po-
 tiora refrigerantia, morborum
 & mortis potiùs incrementum
 inducunt , quam ut optatam
 sanita-

sanitatem, & longævam vitam
appromittere valeant.

Ut jam conitet de spirituum
vitalium essentiâ & propieta-
tibus : sciendum , quod omnis
forma sublunaris physica (juxta
Philosophos) educatur è poten-
tiâ materiæ ejus naturæ seu se-
minis , à Creatore inditi , sc.
quod semen fabricat organa
Embryoni appropriata, cui in-
troducatur formam materialem :
quæ Helmontio dicitur archæ-
us sive spiritus vitalis vitam
corpori attribuens.

Willisio dicitur anima sensi-
tiva , quod corpori conciliet
quinque sensus , & hæc anima

B 4

sensitiva

sensitiva putatur in perfectis animalibus, & in homine ferè eadem & communis (licet in homine sublimior) & ferè conveniunt in cæstro libidinis, in congressu, conceptione, nutritione, organizatione, partu, in sex rerum naturalium usu, in morte, deficiente nutrimento: uti in lampade lucifero evidentissimè patet; & ita ex defectu congrui alimenti exspirat, extinguitur, & in chaos seu nihilum, undè sumpsit originem relabitur: & hæc est mors animalium, & uti quidam volunt etiam naturalis mors hominum; quid enim aliàs esset in

homine

quæ sunt spiritus. Petre, caro & sanguis tibi hæc non revelârunt, 1. Joan. 1. Qui non ex carne sed ex Deo nati sunt. Caro adversus spiritum. Evite veterem hominem.

Et ita ex istâ pugnâ seu luctâ hominis interioris et exterioris, carnalis et spiritualis, mortalis et immortalis, iisque gemellis in uno corpore luctantibus, exoritur digna et congrua victoria. Juxta illud S. Pauli.

Non nisi certanti justa corona datur.

Sed hanc labyrinthum aut controversiam non tango esse meam; sed ad domum inquisitionis

Præliminaria.
 nis Th
 nito d
 tica hic
 hi spirit
 immedia
 rum, vit
 In quibu
 verbatis
 compesc
 tibus, su
 corrob
 Medico
 PRÆMI
 I. D
 II. De

tionis Theo-philosophicam remitto discutiendam, qui medica hic tracto: contentus quod hi spiritus vitales, censeantur immediatum omnium morborum, vitæ et mortis subiectum. In quibus exæstuantibus, exacerbatis, irritatis & elasticis compescendis; vel torpescensibus, suppressis, aut debilitatis corroborandis, tota insudat Medicorum industria.

PRÆMISSIS PRÆLIMINARIBUS.

I. De naturâ morborum medicatrice.

II. De spirituum vitalium genera-

generatione, nutirtione, et
fluore continuo.

III. De causis efficientibus,
quomodò hi spiritus, aliàs
omnium operationum vi-
taliu auctores inficiantur,
flaccescant, fiant morbo-
rum effectrices, et tandem
emorianur: restat inda-
gandum; an detur pro ijs
defectibus evitandis & cor-
rigendis Medicina univer-
salis.

DE

De Me
MED
Ex
Quod
bo
II. C
tus vit
rum ca
organa
rant, &
nation
differen
II. C

DE
MEDICINA VNIVERSALI
EX PRÆLIMINARIBUS
CONSTAT.

I.

Quod natura seu vita sit morborum medicatrix.

II. Quod hæc vita seu spiritus vitalis, sit omnium morborum causa efficiens, & quod organa corporea se passivè gerant, & à spiritu vitali determinationem, & operationum differentiam accipiant.

III. Quod unicum ferè acidum

dum p. n. per se, vel bile mix-
tum, sit causa occasionalis om-
nium morborum.

Quibus positis inquirendum :
an non detur unum etiam uni-
versale, istius acidi mortificati-
vum. quod sic probatur.

Quod est causa universalis &
immediata actionis sanæ in cor-
pore sano : id etiam est causa
universalis actionis læsæ, in cor-
pore morbofo : atqui spiritus
vitales sunt causa actionis sanæ,
ergo. Major & minor proban-
tur ex præliminaribus ; ideo
enim dicuntur spiritus vitales,
quod partibus singulis, pro di-
versitate organorum, vitam tri-
buant

buant & vivificent : hi verò spiritus sunt in continuo fluore, motuque exspirabili, ideoque indigent continuo alimento & nutrimento, uti in Prælimin. vide. Et hoc nutrimentum præparatur ex cibo, potu, aëre, &c. quod in corpore sano (cui omnia sunt sana) est sufficiens pro sanitate conservanda; si verò ex abusu sex rerum naturalium, vitiantur, flaccescant & degenerent: tum debent sublimioribus, quam cibo potuque, sed medicamentis augeri, confortari, & ad debitam temperiem reduci. quorum medicamentorum est maxima latitudo,

latitudo, & virtutum gradibus
& energia distinguuntur, uti
id clarissimè patebit capite se-
quenti, de materiâ Medicinæ
universalis.

Et hi spiritus vitales quo ma-
gis læduntur, eò majorem in-
ducunt corpori nostro altera-
tionem, & sublimiorem expo-
stulant medelam.

Nimia enim eorum expan-
sio, dilatatio, subtilitas, & ex-
acerbatio, morbos calidos,
maniam, phrenesin, furorem,
febres ardentes, &c. nimia verò
contractio, suppressio & quasi
suffocatio; morbos frigidus, uti
Melancholiam, Apoplexiam,
Epilep-

Epilepsiam, coma somnolentum, &c. progenerant; & ita
 ijdem spiritus, calidos frigidos-
 que pariunt morbosos effectus,
 & producta, sive causas occasio-
 nales. Sic ijdem spiritus non
 nunquam diathesin acerrimam
 acquirunt: cum primis qui ce-
 rebri & nervorum affectibus
 obnoxij, latice m acerrimam
 experiuntur. Sic ulcera can-
 crofa, scrophulosa, pestilentia-
 lia, maligna q; in corpore nostro
 generantur; in quibus carnes &
 membranæ imò ossa cum sum-
 mâ acredine exeduntur, quæ
 non tam in sanguine, quam in
 liquore nerveo, vel succo nu-
 tritio

C

tritio procreata cum latice ejus
 in partibus nervosis, aut earum
 depositis emunctorijs, aposte-
 mata, aut ulcera phagademica,
 aut cacoethica producunt, ea-
 que de causa potius internis
 acredinem tollentibus, quam
 externis curanda: ut succus
 nerveus omninò volatilis, vel
 à volatilitate in acorem seu aci-
 dum atrobilialium degenerans
 corrigatur, quod præcipuè in
 partibus nerveis, earumque
 emunctorijs: uti in strumis,
 mammillis, glandulosisque par-
 tibus congelatur. Ubi verò hic
 succus nerveus vitiosus seu latex
 non coagulatur: sed in fibris
 nerveis

nerveis commoratur, tum ibi dolores, spasmos, arthritidem vagam, podagram, maniam, phrenesim, pleuritidem, aliosque dolores atrocissimos hâc illâcque vagantes producit.

Ubi igitur est tanta spirituum vitalium latitudo; ut corpus sanum seruetur, & ægrum sanetur. Cur non eadem latitudo & extensio uni medicamento universali inesse posset? ut omnia sc. vita una, acidum p. n. unum, & medicina una in unisonum redigantur. Sicuti unus sol est vivificativum universale omnium sublunarium, imprimique suum characterem uni-

C z

cuique

cuique secundum semen, aut naturam suam, & etiam hominis vitam spiritusque vitales inevitabiliter sustentat. Undè Aristot. ait sol & homo generant hominem.

Datur quidem magna medicamentorum etiam polychrestorum latitudo, extensio, & efficacia: quæ tamen in unisonum contrahi & constringi potest. Uti Bloccowitij ex sambuco polyacæa. Therica cœlestis. Panacæa Anwaldina &c.

Sic ex uno antimonio, chalybe, tartaro alijsvè, eruitur vomitivum, purgans, diureticum, diaphoreticum, obstruens &

aperi-

aperiens,
veniens.
ad univ
cum hic
industria
zia exha
crudus i
lue vene
vidi à M
uti & in
cæque p
foeces
Hic me
sublima
corrosiv
idipsum
netur, t
harmac

aperiens, plurimis morbis subveniens. Cur non sublimior ad universale pateretur aditus? cum hic pateat, quod labore & industria tanta virium differentia exhauriatur. Sic mercurius crudus innoxie deglutitur in lue venerea (quod saepissimè vidi à Medico Regio Parisijs) uti & in vermibus, colica, iliacaque passione. Ubi jam tum foeces alvinæ evomebantur. Hic mercurius cum sale aliisque sublimatus, est venenum & corrosivum maximum: si verò id ipsum cum alio crudo sublimetur, tum ex venenoso alexipharmacum, ex corrosivo dul-

cis exsurgit ; licet non dulcis sed insipidus sit. Verum si jungatur & combinetur cum sulphure Philosophorum volatili, tum ex ijs binis volatilibus inseparabiliter unitis fit mercurius dulcis ut mel aut saccharum. Paracelso mercurius præcipitatus dulcis, & Helmontio aurum Horizontale insignitur : ad cujus penetralia paucissimis & non nisi Adeptis & Electis datur introitus.

Si quis præallegatis non contentus, ampliorem elucidationem desideraret, quod spiritus nostri vitales ita confortari & augeri possint : ut unico remedio,

dia, omni
occafio
ri ; ut
hydra,
amputat
Solidam
cto ; que
venenur
peffunda
cere, de
possit ;
Tarant
ictus,
tum co
lentiali
quomo
rumque
are, fufi

dio, omnium morborum causæ
occasionales, unico ictu saluta-
ri; uti plurimorum capitum
hydra, in ipsâ origine possint
amputari. Eidem objicio &
solidam informationem exspe-
cto; quomodò unum idemque
venenum omnes spiritus vitales
pestundare, corrumpere, infi-
cere, debilitare & exacerbare
possit; quomodò viperarum,
Tarantularum & Scorpionum
ictus, rabiosi canis morsus to-
tum corpus inficere; odor pesti-
lentialis, & deleterea potestas;
quomodò Moschi, Zybethi alio-
rumque odor, totum aërem alte-
rare, suffocationes uterinas ani-

mique deliquia inducere, vesti-
 bus vicinis sibi similem odorem,
 sine virium perditione, impri-
 mere queat. quomodò halitus
 seu spiritus ex speluncâ seu grot-
 tâ caninâ (mihi propè Neapo-
 lim visâ) canem in eam proje-
 ctum mox omnibus vitæ signis
 privare, aut mortificare, & in
 vicino lacu seu aquâ portatum,
 subitò & sine morâ denuò re-
 stabilire, & omninò revivifica-
 re possit. Si horum & similium
 spirituum tam admiranda sit
 facultas: ut sanguini spiritibus-
 que vitalibus insinuata, universi
 corporis operationes immutet,
 pervertat, supprimat, et omni-
 nò

nò etiam soepè exterminet. quis dubitaret de universali valdè spirituosò medicamento, et ejusdem in morbofis potentiâ? cum eadem energia ferè in particularibus tantoperè laudetur: præsertim à D. Bechero in supplemento Phys. subterraneo 1. cap. 5. qui ait.

Vos Protomedici, pro patronis vestris divitibus in vitâ longâ, vosque in amplo salario diù conservandis, alio nullo restaurativo utimini: quam sale volatili cornu cervi et viperarum, in perlarum et ambre spiritibus solutis; quo, ad restorationem spirituum vitalium, nobilior

B s

dari

dari nequit. An non hoc sal-
 volatile pro Medicinâ ferè uni-
 versali (licet in validè) deprædi-
 catur? An non universale in-
 cludit omne subsumptum par-
 ticulare tam in Theologicis,
 Juridicis, Polytcis, & Medici-
 nalibus? sic in Theologicis
 amor Dei & proximi. In Juri-
 dicis suum cuique tribuere. In
 Polytcis salus populi. Sic spi-
 ritus vitalis seu sanitas & reme-
 dium universale, omnia sub-
 sumpta particularia, tanquam
 ad unisonum reducit, & in se
 continet. Ut ita omnis tam
 celestium quam sublunarium
 creatura, in Hierarchiâ sui

Cre-

Creatoris conspiret & uniatur.
Si nec his fatietur incredulorum
desiderium, accedat infucata
sacræ scripturæ auctorifata ve-
ritas, omnibus rationibus hu-
manis superior: quæ dubitan-
tes, catholicam seu universalem
morborum curationem, clarif-
simè edocebit.

Posuit Deus Adamum omni-
um sublunarium perfectissi-
mum & ad sui imaginem crea-
tum in paradisiacum voluptatis
hortum, ut ibi si vellet, immor-
talis permanere posset; tali
tamen conditione, nè ex arbore
scientiæ boni & mali, quam ex
paternâ admonitione ipsi no-
xiam

xiam præmonuit, vitam suam
 contaminaret, & ex esu istius
 fructus morbos mortalitatem-
 que indueret: quare spretâ Pa-
 ternâ adminitione indeque ortâ
 inobedientiâ, ex Paradiso ex-
 pulsus fuit, cum adjuncta com-
 minatione: nè extendat ma-
 num suam ad arborem vitæ &
 vivat in æternum. Undè evi-
 dentissimè patet, quod ex esu
 scientiæ boni & mali contraxe-
 rit naturam deturpatam, &
 concupiscibilem, morbos &
 mortem inferentem. E contrâ
 ex esu arboris vitæ, cum liber-
 rimo suo arbitrio potuisset re-
 cuperasse vitæ corruptæ inte-
 grita-

gritatem & medelam, ipsamque vitam immortalem. An verò talis vis & efficacia reddendi hominem morbosum & mortalem, aut denuò vitalem & immortalem, quod clarissimis verbis infallibilis sacra scriptura demonstrat & docet, Theologis relinquo discutiendum & decidendum. Interim constat, quod dentur ferè similes & tales in natura creatæ dotes, quibus innata vis est, hominem reddendi furiosum, libidinosum, prolificum, impotentem vel sterilem, somnolentum, apoplecticum, paralyticum, uterino-suffocativum, saltantem seu tripu-

tripudiantem ex ictu tarantulæ,
 quod Romæ & Neapolis vidi,
 aliaque mortifera, quæ totam
 immutant hominis temperiem
 & actiones. Et sic fortè posset
 aliquis eodem modo inferre
 Deum indidisse arbori scientiæ
 boni & mali reddendi homi-
 nem concupissibilem, sensua-
 lem & mortalem: ideòque à
 Deo Paternè admonitum esse
 Adamum, nè comederet ob-
 vim mortiferam ei inditam;
 uti arbori vitæ vitalem; imò nisi
 arbori inhæsisset naturalis ista
 vis & facultas reddendi homi-
 nem (contra paternæ benigni-
 tatis præmonitionem & obe-
 dien-

dientiam) concupissibilem & peccaminosum : dubitare quoque quis posset, quomodo Eva potuerit transgredi legem, et originalem lapsum in omnem secum derivare posteritatem; cum non Evæ, sed Adamo lex aut admonitio sit data antequam Eva exstiterit & fuit formata. Ut constat ex lib. Genes. cap. 3. vers. 17. & 21. ignorans verò non censetur peccare, cui lex non est promulgata : nisi ipsi arbori facultas corruptiva, juxta literalem Ss. Scripturæ sensum, infuisse videretur. Mihi sufficiat hic demonstrare realem et naturalem Medicinæ

universalis existentiam in para-
 diso exstitisse, et adhuc dari um-
 braticam, id est ab immaturâ
 violentâ et accidentali tam diu
 præservandam usque dum ad
 naturalem et inevitabilem mor-
 tis terminum perveniatur. Quo
 sensu Deus fecit sanabiles om-
 nes nationes terræ, medicinam-
 que è terrâ eduxit Altissimus et
 sapiens non spernet eam. Si-
 quidem Adam pulsus paradiso,
 remissus est in terram crudam,
 incultam, sterilem, tribulos et
 spinas producentem, quam co-
 lere, stercoreare, subigere, melio-
 rare et indè ex ejus fructibus, in
 sudore vultus sui panem vesci
 debuit.

Ex

Ex quib
 terram
 manum
 dam, in
 cellentia
 Restat u
 que &
 nienter
 Medicin
 elaborat
 quens
 enoda
 Sed
 mund
 nibus
 regitu
 oportet
 has ut

Ex quibus præmissis constat, terram nobis in subsidium humanum traditam esse extolendam, indèque pro materiæ excellentiâ, formam educendam. Restat ut ulterius perlustremus, quæ & qualis materia convenienter occurrat, undè talis Medicina universalis extrahi & elaborari queat: id quod sequens caput, quantum fas est, enodabit.

Sed quid audio? nonnè Deus mundum exposuit disceptationibus? nonnè is ut plurimum regitur opinionibus? nonnè oportet esse hæreses & discordias ut indè elucescat veritas,

D

&

& agitata virtus increfcatur, quæ
 alias mortua cenfetur & fepulta.
 An ullus in toto orbe ftatus fine
 emulatione aut difcordia? fic
 affurgunt in mufæo Medico
 diverfi Proceres eorumque af-
 feclæ: uti Hippocratici, Gale-
 nici, Chymici &c. inter fe acri-
 ter difceptando thefin fequen-
 tem exagitandam exponunt.

Quid Hippocrates, Galenus,
 alijque Medicorum Patres con-
 fcripti de circulatione fangui-
 nis: de glandulis pituitarijs, de
 ductu Wirfungij pancreatico,
 fplenetico, de ductibus lymphaticis,
 de fuccu nutritio, alijsque
 fubtilitatibus feiverunt? an ho-
 rum,

rum ignorantia, eorum methodum aut medendi felicitatem immutavit? An culter anatomicus aut subtilis calamus uberiorem aut universaliorum contulit sanitati operam, ægrorumque lamentantium miseriam compescuit? eodem prospero successu quo Adepti suo unisono aut Polychresto nobiliori, gloriosè longè latèque beantur? sed manum de tabulâ, nè invidis, ignaris, incredulis, paucisque exemptis bilem movere, & contradictionis ansam præbere videar; qui ingeniorum potiùs acumen & subtiles novitates, quam salutare medelas labo-

riosè inquirunt. Ad quid quæso prodest sola causarum cognitio, si non subsequatur morbi curatio? undè in praxi tot medicastri artem diffamant: quia

Fingunt se Medicos, qui vis Jdiota,
Sacerdos,

Judæus, Monachus, Histrio, Rasor,
Anus.

Ex quibus tamen aliqui nonnunquam, disertissimis Theoreticis sunt medendo feliciores. An non ars sive scientia Medica posset contrahi & in compendium constringi? Pharmacopalia sumptuosissima ad pauca maximè necessaria reduci? cum pleri-

berique
pauculi
selectio
exahant
vant,
conferib
facultate

MED

E

Q

necessa

rens i

plerique Medici communiter pauculis selectis & Receptis ex selectioribus excerptis in usum trahant, memoriæ & usui servant, ut eò promptiorem in conscribendis receptis habeant facultatem.

DE MATERIA

MEDICINÆ UNIVERSALIS

Ejusque Præparatione.

QUo ad materiale hujus Medicinæ principium, scitu necessarium duco; quod Altissimus potens in creatione mundi, uni-

D 3

cuique

cuique creato indiderit & im-
 presserit suum divinum chara-
 cterem, proprietates, & singu-
 lares dotes, ut id agat ad quod
 agere conditum est, & unum-
 quodque ferat fructum, secun-
 dum semen & materiam suam :
 quam materiam reliquit Crea-
 tor posteritati ab Adamico
 lapsu contaminatæ melioran-
 dam : & ut terra colatur, ster-
 coretur, subvertatur & perfici-
 ciatur in sudore vultus nostri,
 quæ aliàs nobis tribulos & spi-
 nas producit. Hæc materia
 nunquam per se ad talem per-
 fectionem progreditur, qualem
 ars illi largiri & conferre valet
 longe

longe sublimior em. Cum verò
in mundi scrutinio infinitæ in-
dividuales formæ, virtutes,
proprietas, vires differentes,
natalesque dotes speciales insitæ
occultentur, & non omnis ferat
omnia tellus: & quo nobilior
materia, eò excellentior indè
educatur forma, eaque multò
sublimior quærenda, quam in
animalibus, vegetabilibus, ter-
ræque superficialibus; uti in rore
majali, stellarum glutine, man-
nâ, melle alijsque, quæ nimis
sunt vilia & debilia, ut ad regale
folium Medicum conscendant:
hinc ad metallica, mineralia
subterraneaue descendendum

ut quo profundiores sub terrâ,
 cò superiores indè eductæ hau-
 riantur potestates : inter quæ
 subterranea auro (uti soli terre-
 stri) meritò principatus confere-
 tur ; sed germinativa & me-
 dicinalis activitas suppressa,
 singulari industria ad volatilitate
 tem & germinationem promo-
 venda. Uti granum frumenti,
 in horreo quasi mortuum, sine
 fructu & multiplicatione sui,
 aut virium exaltatione steri-
 lescit. Nisi in terram fertilem
 projiciatur, & vitam fermenti
 ex terra & aquâ mediante, calo-
 re suscipiat, & ibi seminis sui
 fructum centuplum acquirat.

Sic

Sic nisi aurum à cortice enucle-
etur, absconditū manifestetur,
ubi natura deficit arte perficia-
tur, fixissimum volatilisetur,
corporeum in spirituosum per-
mutetur: non poterit cunctis
medicinæ conatibus salutariter
auscultare & medentibus omne
adimplere desiderium.

Quomodo autem hic totius
mundi imperator sc. aurum
(quem mundus summoperè ho-
norat & adorat) ad medicina-
lem regiūque apicem elevari
possit, hoc opus hic labor est.

— Hic exercentur inanes
artificum curæ.

Quia verò Rex sinè subdito-

rum suorum adfistentiâ , per se
splendorem , viresque suas sub-
ditis exhibere nequit : ita au-
rum sine subditorum suorum,
& satellitum ministerio , vires
atque latitantem in eo potesta-
tem exercere nequit , nisi sul-
phur quod in eo est perfectissi-
mum & fixissimum , solvatur,
subtilietur, nutriatur, graduetur,
multiplicetur, & volatilifetur :
quod ipsum per se solum non
obtinetur ; nisi cum suorum
consanguineorum & satellitum
ministerio & cooperatione, qui
cum sulphure ejus aureo , in
alimentum seu nutrimentum
convertuntur, consubstantian-
tur,

tur, & multiplicantur; uti de grano frumenti dictum.

Modum acquirendi tam pretiosum thesaurum, candidè quantum fas est, sôphis describam.

Metalla sub durissimis involucris clausa & incarcerata, difficillimè egrediuntur innato domicilio, antequam istis corporeis vinculis remotis, ipsa forma seu Quinta Essentia, pulsis tenebris elucescat, & ope ignis Philosophici, ex fixo in purum volatile convertatur & maturescat. Quod ipsum evidentissimè patet in pyris, pomis, omnibusque vegetabilibus, quæ

ex crudo, amaro, acerbo, & immaturo statu à calore solis, ad maturitatem, & terminum suæ potestati inditum producuntur: in quibus & similibus maturativis, & graduativis in metallis aut subterraneis requisitis, omnis totius operis Philosophici & Medicinæ universalis cardo versatur; & quo metalla sunt perfectiora; uti aurum, argentum, & mercurius, eò sublimior educitur tinctura: quia firmiorem habent coagulationem, difficiliorem solutionem, & ad vegetandum volatilandumque reductionem.

Restat igitur indagandum, qua

quâ viâ & modo subterraneum
solare seu aureum, tantum uni-
versalitatâ & præcellentiâ gra-
dum attingat, & dotes, quas
natura nobis reliquit aperien-
das arte & labore ad sublimio-
res extollat.

Homo mundi princeps,
compendium, & microcosmus,
hanc accepit facultatem imò
legem: ut terram incultam &
sterilem coleret, everteret &
melioraret, & ubi desinit natu-
ra, ad præstantiora explicaret
aut explicis erueret, uti hic
supradictum; idcirco in omni
sublunari abditum habet appe-
titum, sympathiam & inclina-
tionem,

tionem ut Theſaurum in omni
 ſublunari abditum artiſcioſè
 evolvat, quod ſine humanâ ope
 nullatenus obtinetur, cujus mo-
 dus & via eſt Saturnia proles
 vegetabilis, quæ cum cerbero
 ſibi adjuncto, feras domare, ve-
 nenofa mortificare, virtutes do-
 tesque naturales augere, &
 morborum plurimorum tortu-
 ras eludere, et inculpata vitæ
 integritati reſtituere, mentis
 vigorem conſervare, obnubili-
 tatum illuſtrare potens eſt. Et
 hæc viâ graditur ad ſecretiora
 Philoſophorum abdita ſubſel-
 lia; quæ quidem in principio
 operis varia, aſt in fine in uniſo-

non conveniunt et conspirant,
 quæ initio operis, per armige-
 rantes et hostiles pugnas, se in-
 signiter pro bravio exercuerunt.

Quibus omnibus attentis
 spagyris et Pyrotechniæ amans
 (cui hæc scribo) facile in cog-
 nitionem meæ tincturæ pertin-
 gere, et ad ulteriores progressus
 pervenire poterit.

Acutissimus Helmontius
 (quem virtus et stupenda inge-
 nij monumenta fecerunt im-
 mortalem) primus mihi ansam
 laborum præbuit, lib. de ortu
 Medicinæ novo.

Juvit et suppetias dedit Phi-
 laletha de introitu aperto ad oc-
 clusum auri palatium. Illu-

Illustravit Joannes Ludovicus à Fründeck de Medicina universali : qui per centena experimenta die, anno, et locis, efficaciam comprobavit, et conatum meum in curando reddidit certiore ac ferè infallibilem.

Maximè si Draco igneus, qui in ventre suo chalybem occultum gerit, cum magnete toties rotetur et circumgyratur, donec ex saturni nigricantibus fœcibus exemptus, in Jovis speculo suum nitorem seu albedinem lætus conspexerit; sed quo non datur accessus nisi virgo immaculata, indifferens et adhuc libera

bera nullique nupta, ingredia-
tur domum arietis, et ibi fabri-
cet auream et Regi dignam, non
sine pugnâ, coronam: quæ ta-
men omnium quærentium ma-
nus et conatus eludit, nisi om-
nium trium regnorum concur-
sum et ministerium imploret.

Nam vegetabilia & animalia
eorumque spiritus, salsia aliavè
per se, sunt tantum claves, qui-
bus occlusum castrum regium
seu metallicum aperitur, ut om-
nes simul juncti & unanimes,
suaviter ingrediantur & uniso-
num constituent: nisi enim
hæc præfata redigantur in na-
turam metallicam, eamque

E

nutriant

nutriant & graduent, & in sulphuream substantiam, per eorum conversionem permutentur, nil Artistaë prodesse queunt.

Qui verò ad tale, Medicæ perfectionis fastigium pervenit, is spretâ morborum cognitione (ut ait Helmontius) infirmitates vulgò incurabiles, felix, citò, tutè, jucundè absolvere potest: solummodò naturam, morborum curatricem, solidè roborando.

Quod cum increduli, inexperti, laborum & sumptuum osiores, negare præsumant: cum talibus (quorum basis est ignorantia) nequaquam est altercandum,

candum, contra oculares testes
rationibus, experientijs & au-
toritatibus obfirmatos: nec
existimandum quod ars medica
sit prorsus exhausta, nec quic-
quam amplius patiatur incre-
menti, nisi quod libris insertum
reperiatur; cum adhuc pluri-
mum sit vacui, quod nobis
offertur ad implendum, &
quod haectenus per indagandi
ignaviam, & sumptuum parsi-
moniam mansit occultum, ac
posteris elucidandum aut mani-
festandum: incredulis verò
inculcandum & obtrudendum
est. An plurimorum incredu-
litas realem rerum expellit ex-

istentiam? & an existentia tolerat ignorantiam? an sola raritas negat possibilitatem? an vitrum quondam ductile, ignis perpetuus seu lampades perpetuò ardentes, quadratura circuli, Archimedis aliorumque subtilitates, liquor Alcahest, lapis Philosoph. uti & Medicina universalis; an dicotalis plurimorum inscitia & raritas ponit & constringit naturæ inexhaustæ interminabiles limites?

Quæis ultra citraque nequit considerere rectum.

Hoc quia tu nescis, reliquos hoc scire negabis?

Quasi

Quasi verò tota naturæ in-
exhaustæ potestas in tuo cere-
bro recondita delitescat aut de-
tineatur. Proh! quantum adhuc
est in rebus inane et absconditū,
labore & industriâ ad lucem
referendum. Sed quid cum ta-
libus altercandum, qui uti cœci
vel refractariè cœcutientes, ipsi
etiam soli lucem detraherent.

Si quis ad universalissimum,
mihi adhuc incognitum, nec
ob luculentam praxin attenta-
tum, adspiret, eò indefinenter
collimet, ut fixum volatilisetur,
volatile figatur, rursusque vola-
tilisetur, & ita tertia vice rota
philosophica rotetur, per quas

rotationes Rex cum suis con-
sanguineis ita exaltatur, nutri-
tur, & multiplicatur, ut mille-
cuplum fructum edat, & excel-
lentior reddatur, quam quandò
Regi corporeis vinculis adhuc
in carcerato non licuit explicare
aut extendere vires suas.

Interim hanc volatillissimam tin-
cturam sulphuram solam poterit
diligens artis candidatus in
morborum eliminationem ab-
undè acquiescere: sed si ad ge-
neralissimum adspiret, is aurum
vel subjectum appropriatum à
corporeis & foeculentis impu-
ritatibus exutum, in sulphur
volatile philosophorum eleuet:

quo

quo tum obtento & non prius,
 illud appetit novo & nobiliori
 subjecto seu mercurio insepara-
 biliter uniri & desponsari, ut ex
 illis duobus volatilibus emergat
 novum Ens, quo inter subluna-
 ria non reperitur ullum aliud
 paris excellentiæ; quod paucis-
 simis & Sophis solummodò
 datum

Queis meliore luto finxit præcor-
 dia titan,

talesque

Nec fortunæ iram metuunt, nec
 brachia furum,

Sed paucos tanto dignantur mu-
 nere Divi.

Sufficiat nobis, quod nullus spa-

E 4

gyro-

gyrosophus unquam pervenerit ad supremum chryso-popææ apicem; nisi viderit prius præeuntem medicinam universalem, & exindè per ulteriores labores ac progressus emergentem aurifeodinam, ex quo dignoscitur verus arcani possessor solitudinis ac sollicitudinis studiosus. Sufficiat etiam nobis cum Cicerone dixisse.

Prima non assequentem jucundum est, in secundis tertisque consistere, &

Est aliquo prodire tenus

Si non datur ultra.

Sufficiat tinctura mea aurea 30, annis laboriosè quæsitæ, & in
ultima

ultima dierum maturitate ac-
 quisita. Cujus vires (nec vanæ
 gloriæ aut ostentationis cupi-
 ditas ; nec præceos meæ ampli-
 andæ aviditas ; nec magnatum
 aucupandus favor aut gratia ;
 nec incredulorum aut antago-
 nistarum præpostera aut inanis
 contradictio : sed unica unius
 Præpotentis gloria , & misero-
 rum ægrotantium curandorum
 aviditas, fraterna charitas , po-
 pulique salus ac sanitas) me in-
 citârunt, ut rarissimum paucis-
 que cognitum & salutiferum
 hætenus mihi sepultum & ob-
 nubilatum medicamentum in
 lucem prodiret ; cuius vires &

E S effica-

efficaciam sequens caput explicabit.

DE VIRIBUS

TINCTURÆ AURÆ.

HÆc tinctura variè se extendit & pro naturarum varietate se unicuique corporis parti accommodat, & roborando, vel per occulta cutis spiracula, seu Diaphoresin insensibiliter, vel per sensibilem lenem suavemque sudorem, aut saltem madorem, vel per urinales & lymphaticos ductus, vel per lenem

lenem alvi commotionem noxium naturæq; molestum evacuat, eoque ducit quo natura vergit, & novit tam sanitatis conservandæ, quam materiæ peccantis eliminandæ motum & viam, vires deperditas, innatâ & geniali dote renovando, & causas occasionales & producta extirpando.

Ergone dices si hæc tinctura hos edat effectus & medicina sit ferè universalis: an morbos tam calidos quam frigidos curabit? Resp. imò verò quod ipsum hic clarissimè probandum suscipio: nonnè natura per spiritus nostros vitales totius

tius corporis actores, & calidos
& frigidos introducit morbos,
eosque etiam eodem modo cu-
rare valet? dum ira, efferve-
scentia, phlogosis & ebullitio
spirituum; febres, pleuritides,
manias, aliosque calidos; metus
verò, tristitia, melancholia, ter-
rorque subitaneus; Apoplexi-
am, Paralysim, scorbutum, ar-
tuum tremorem, uterinos alios
que frigidos morbos inducit?

Nonnè unus idemque sol
ejusque calor contrarios aut op-
positos causat effectus? pro sub-
jectorum varietate, glebam in-
durando & ceram liquefacie-
ndo.

Nonnè

Nonnè plurima medicamen-
ta contrarias possunt in corpore
humano exercere operationes?
dum iidem obstruunt & ape-
riunt, adstringunt & consti-
pant, sudores movent & noxios
sistunt, morbos fluidos figunt,
& fixos aperiunt, uti patet in
Galybeatis, Antimoniatis, tar-
tareis, Panacæâ Anwaldinâ,
Essentiâ dulci Hallensi alijsque
tam vegetabilibus, animalibus,
aut metallicis: imò clarissimè
patet in spiritu salis armoniaci
Sylvij tantoperè decantato, alijs-
que salibus volatilibus. Num-
quid unus idemque spiritus sim-
plex vel oleosus Sylvij in pleris-
que

que ferè morbis tam calidis, quam frigidis & uti polychrestum (sc. in febribus ardentissimis etiam malignis, pleuritide aliisque calidis : uti etiam in frigidis in Apoplexia, paralyfi, scorbuto aliisque fixis & chronicis morbis) usurpatur? Uti D. D. Blancardus de scorbuto ait : quod sal volatile ab omnibus morbis hominem præservet; præsertim in acidis, salsis & frigidis: imò de vitâ ad annum centesimum conservandâ certum reddere velit, si quis eo indies utatur exactam servans diætam, nam penetrat universum corpus, noxium omne expel-

expellendo, ejusque utilitas nullo auro solvi potest, & Becherus hic supra uti universale deprædicat.

Si igitur hæc medicina ex tam vili & foetente urinâ resultans; tam contrarios edat effectus. quid implicat quod non possit ex multo nobiliore materiâ uti omnium sublunarium perfectissimo, & per se indestructibili Auro, medicamentum universale enodari, & arte (ubi naturâ quiescit) ad terminum potestatis suæ sublimiorem pro salute hominum exaltari?

Sed solidius adhuc idipsam proba-

probatum ex ipsâ Tincturæ Essentia : nonne ea est summè volatilis ex acido-alcalicis combinata, & in unisonum redacta ? nonne ratione subtilitatis, penetrationis, & volatilitatis aperit omnes etiam durissimas & contumaces obstructions indeque oriundas infirmitates ?

Nonne ratione ejusdem volatilitatis figit spiritus vitales, exæstuantés, fervidos & volatillimos compescit ? unde febres continuæ, pleuritides, mania, furores, Phrenesis, omnesque biliosi calidique morbi exurgunt, eos figit, præcipitat & ad temperiem reducit ? quod uti certissimè

certissimum oculariter ostendere possum; sc. quod duo spiritus volatilissimi se invicem figant ita ut ignis fusionem sustinere queant. Et à Paracelso spiritus incinerati dicuntur.

Nonne totius sanæ vitæ conservatio consistit juxta plurimos in debita sanguinis aliorumq; humorum circulatione, et spirituum vitalium nutritione, augmento et conservatione, ut in omnes corporis partes influant, easque stabiliant, et continuo per occulta spiracula in- et exspirent? atque has facultates habet quoque Tinctura Auræ. Uti ex præliminaribus

de eorum fluore patet. Ergo.

Nam tinctura hæc pro diverso ignis regimine & gradu est coloris varij, odoris suaviss & vinosi, saporis dulcis & grati, est subtilissima, penetrantissima summèque volatilis, ut in vitro etiam optimè clauso vix detineri queat; quemadmodum calor nativus, lux seu vita hominis, & spiritus vitales permeant, perspirant & penetrant totum corpus, ejusque compactas obstructasque partes imò etiam durissima ossa.

Uti evidentissimè elucet in vitro lucido durissimo, quod caloris & lucis penetrationem,

aëris

æris verò etiam ventosi subtilissimi repulsam patitur videatur Adm. R. P. Kircherus S. J. de arte magnâ lucis & umbræ.

Præfata tinctura est spirituum vitalium nutrimentum, robur & augmentum; unitur & identificatur, cum iisdem, & easdem cum iisdem operationes tam sanis quam ægris necessarias exercet, nec solum internis sed etiam externis medetur affectibus: præsertim ab interna causa emanantibus: hinc etiam in- & externè salutariter adhibetur, quod infra patebit, & quia componitur ex acido-alcalicis omnesque infirmitates ex ijs-

E z

dem

dem vel separatis vel conjunctis
originem derivant (uti supra
dictum) ideò quoque his me-
dentur : sed dubito an consul-
tum foret si similis aut excel-
lentior medicina ex metallicis,
vegetabilibus & animalibus in
unitatem seu unisonum contra-
cta, catholica, seu universalis,
plurimis fieret nota : cum ex-
inde multis pharmacopolijs co-
piosis, sumptuosis, & carè in-
structis notabilis aversio, medi-
cisque imperitis insignis vacan-
tia exoriri posset. Utinam
eandem si non ferventiozem
adhiberemus industriam pro
impetrandis ad extirpandos
morbos

morbos adæquatis remedijs, quam curiosè in novitatibus Medico - pratico non tam necessario excogitandis sumus industrij; de quibus Hippocrat. medicorum ferè princeps alijque veteres antesignani parum sciverunt: uti de sanguinis circulatione, de glandulis, de ductibus lymphaticis, Pancreaticis, succo nutritio alijsvè; & tamen in curis fuerunt excellentissimi. Undè ait Erasistratus Practicus: vos quidem in eloquentiâ & theoriâ estis me superiores, ast propterea in praxi non feliciores; plures etenim ego restitui medicando sanabi-

les, quos vos rhetoricando, cum vestris subtilitatibus, reliquistis incurabiles; & cur medicina tam ampla non posset contrahi ad pauca, eaq; maximè necessaria, & medicamenta tam innumera & copiosa ad strictiora, tandemque catholica aut unisona reduci?

Sufficiat tincturæ existentiam probasse rationibus hic supra, experiētijs infra, & auctoritatibus centenis demonstrasse, id quod inter plurimos alios Joan. Lud. à Fründeck pr. de medicinâ universali centenis exemplis clarissimè exponit, & inibi præparationem (licet obscure)

demonstrat. Uti hic supradictum: cum primis scitum hic necessarium arbitror, quod pauci reperiantur veræ Chymicæ cultores & studiosi, paucissimi ejus candidati, magistri, aut universalistæ; è contra plurimi ejus contemptores, illusores et ob raritatem increduli, qui cum naturæ productis contenti & acquiescentes, amant potius ejus involucrium, corticem, & materiam incultam ulterius arte elaborandam, & excorticandam, quam spiritum seu Quintam Essentiam inde exhauriendam, contra commune adagium non considerantes.

Est opus ut frangas si cupis
esse nucem.

Dari verò talem Q. E. & spiri-
tum vivificantem ex corticibus
enucleatum, conabor explicare,
& ex plicis abditis evolvere, in-
credulisque facem & lucernam
physicam atque medicinalem
cœcutientibus exponere.

Nonnè solis calor (ut coetera
taceam) influit in omnes & sin-
gulas macrocosmi partes & in-
dividua? ea vivificat & ad ter-
minum ijs innatum perducit?
nonnè eodem modo hæc Q. E.
seu spiritus in totius microcosmi
universas & singulas partes in-
fluit? cum nostris spiritibus vi-
talibus

talibus identificatur, roborando
fit sanorum conservator, &
morborum medicator?

Quod ipsum ego per partium
quoque enumerationem aggrea-
dior confirmare in morborum
ultionem ad vitam longam: ut
artis peritis hujus libelli causæ,
ignaris & ægrotantibus causa-
rum effectus innotescant.

DE VERBIS & USU

TINCTURÆ AURÆ.

HÆC Tinctura aurea, per va-
rias laborum classes, solu-
tiones, destillationes, cohoba-
tiones,

F 5

tiones,

tiones, diurnasque digestio-
 nes, ex tenebroso ergastulo du-
 rioribusque vinculis in lucem
 extracta; resurgit in spiritum
 volatilissimum, subtilissimum,
 penetrantissimum, lucidum,
 irradosum, spiritibus nostris
 vitalibus summè familiarem,
 confortativum & graduati-
 vum; & sic per continuum ce-
 leremque motum radiorumque
 expansionem, spiritus nostros
 vitales ingreditur, cum ijs uni-
 tur, & identificatur, viresque
 suas unitim acquirit, ut præ-
 dones vitæ nostræ insidiantes
 & hospitium nostrum furtivè
 occupantes, hujus tam nobilis
 remedij

remedij valore & adſistentiâ, in fugam, exterminium & exilium conjiciantur. Quod doctiſſimè Maxvellus illustrat. dum ait: qui lucem i. e. ſpiritum, è rebus per lucem educere; & lucem luce multiplicare poteſt, is quoque ſpiritum vitalem univerſalem, ſpiritui noſtro particulari addere, & per hunc mirabilia perficere addiſcitis: nam ulterius ait: hic ſpiritus univerſalis, vitalis, in luce domicilium poſſidet: ex primo enim lucido, deſtillatione ſæpiùs repetitâ, à perito Sopho, miris modis extrahitur ad morborum cataractam penitus exterminandam.

Sic

Sic aër, aqua, calor solis, & influxus astrorum, sunt quasi universale nutrimentum & sustentaculum omnium sublunarium, & unicuique subjecto particulari se accommodant & appropriant. Eodem modo hæc Tinctura, pro naturarum varietate, variè se unicuique dispositioni & parti associat & ita una eademque medicina (diversas operationes exercendo) noxium pro naturæ dictæ evacuat.

Ex quibus luce clarius elucet maxima inter vulgaria, particularia aut polychresta medicamentorum differentia; quæ sunt vel sola sudorifera vel diuretica

retica vel diaphoretica, purgans
tia, vomitiva, aperientia, robo-
rancia, somnifera, & similia, &
ita certis limitibus astringuntur:
hæc verò tinctura supergressa
omnes particularitates induit
universalitatis vires, & nullo
habito respectu adhuc vel il-
lum morbum particularem,
ferè universaliter omnibus &
singulis corporis partibus vires
suas salutiferas contribuit, &
secundum naturæ motum ex-
terminat.

Nullatenus tamen existiman-
dum, quod hæc tinctura sine
ullo discrimine aut reflexione
omnes morbos indifferenter
evellat;

evellat; nisi prius eorum præ-
 missa stabilientur, ut firma sub-
 sequatur conclusio; quare exa-
 minetur ægri ætas, tempera-
 mentum, diæta in sex rebus
 naturalibus, alvi conditio, solita
 evacuatio suppressa, morbi diu-
 rurnitas, ægri in applicandis &
 regendis obedientia &c. quibus
 probè perlustratis ferè certum
 sequitur prognosticum; undè
 Hippocrates in futurorum e-
 ventuum prædictione, divinus
 fuit censendus, quod nec exper-
 tissimum latere potest, si ex
 causarum secundarum regimi-
 ne certum pronunciet finem:
 positis enim omnibus ad agen-
 dum

Tinctura Aurea.

dum requisitis, necessatio agit
agens: Deus enim hanc natu-
re facultatem concessit, ut
causæ naturales secundum or-
dinem iisdem inditum opera-
rentur, nec unquam ijs adver-
satur, nisi miraculosè eas immu-
tet, uti latius hic infra in appen-
dice videndum, de vitâ prolon-
gandâ, & de prævisione Deificâ
infallibili cum nostro libero
arbitrio conciliandâ. Et quam-
vis hæc tinctura mox in prin-
cipio cujuscunque morbi tute,
sine alijs præmissis propinari
possit: attamen non elimino
leniter laxativa (præsertim ubi
alvi adest segnities) ex Hiera pi-
cra

tra Galeni : pilulis angelicis
 Doctoris Bontij tartareis : fen-
 natis etc. imò ut succenturiens
 tur aperitiva, eaque alternentur
 pro ægrorum morborumque
 constitutione à perito Medico
 determinanda : qui si abfuerit,
 sine ullo discrimine hisce non
 attentis locus tutissimus et usus
 salutaris huic tincturæ conce-
 ditur.

Verum enim verò, ne bene-
 volus Lector arbitretur me hic
 agere de universali philosophi-
 co merè intellectuali, et nobis
 frustraneo; nisi derivetur ad
 existentiam particularem, ean-
 dem brevibus & Laconicè, ac
 per

per partium enumerationem
comprobare aggredior : quod
tinctura mea aliquot paucis
guttulis (quod mirandum) citò,
tuté, & jucundè plerasque aver-
runcet infirmitates : imprimis
sciendum quod in hisce situa-
tionibus, scorbutus præ omni-
bus alijs sporadicis morbis apud
plerosque invalescat ; gradibus
tamen distinguatur, ob aërem
crassum, fuliginosum, nebulo-
sum, vapores terreos, cibos
grossiores sale fumoque indu-
ratos, cerevisiam pro aquarum
varietate locorumque situatio-
ne, alijsque conspirantibus cau-
sis : & sic sese ingerat ferè om-
nibus

G

nibus

nibus se associet chronicis ac
 contumacibus morbis. Unde
 malum hypochondriacum, fla-
 tulentum, colica radicata, hy-
 drops, melancholia, mania,
 delirium, apoplexia, paralyfis,
 arthritis vaga vel fixa, podagra,
 plurimæque alia ab acido p. n.
 derivata mala, quæ ferè omnia
 à contumacibus obstructioni-
 bus tenaciter dependent, & ex
 humorum viscidorum acido-
 rumque coagulatorum & in-
 spissatorum fonte oriuntur, &
 sanguinis, chyli, succorum nu-
 tritiorum motum & circula-
 tionem impediunt. Omnibus
 hæc tinctura summè volatilis

ijis debellandis est appropriatissima, & experientijs meis diversimodè in plurimis comprobata : quare qui has tenaces obstructions (quæ purgantibus obvijsque aperientibus minimè cedunt) dexterè eliminare poterit; plerorumque ferè morborum hisce in plagis oberrantium fortunatus domitor, & miserorum optatus hospes evadit: quo quidem collimare videntur vulgaria Medicorum auxilia; sed nimis debilia ut præfixum finem assequantur, & nonnunquam temporis diuturnitate non cedunt, nisi cedente sine ope Medico, ut ita miseri ægro-

G z

tantes

rantes remediorum copijs &
 sumptibus sat diu fatigati &
 enervati naturæ viribus se com-
 mittere cogantur. Ad hoc verò
 præcavendum nè inter schyl-
 lam & charybdin uti inter spem
 & metum fluctuantes, & varijs
 morborum turbulentijs agitati
 vitæ nefragium patiantur; sed
 ex tam tempestuoso & pericu-
 loso turbine liberati desidera-
 tum & pacatum sanitatis por-
 tum felices attingant, viam
 unicuique propriam expetibi-
 lem & particularem, per sub-
 sequentem partium enumera-
 tionem, lubens patefaciam.
 Imprimis omnes febres inter-
 mitte

mittentes, ante 3 tium aut 4 dum
paroxysinum sine ullo prævio
aut subsequio alio remedio, &
citrà metum recidivæ in exi-
lium proscribuntur.

Febres ardentes, continuæ,
errantes, petechiales, malignæ,
Epidemicæ aliaque acuta: uti
pleuritis &c. brevi infringun-
tur, dummodò in morbi exor-
dio præveniantur, antequam
cita sanguinis infectio & virium
prostratio, curam retardent.

Malum hypochondriacum,
undè melancholia, delirium,
mania, aliæque mentis afflictio-
nes, redintegrantur ad saniora:
imò maniaci (quos camera oc-

clusa & lecti adstrictio detinuit
 miseros) brevi tempore evadunt
 feliciores; quod in diversis ex-
 pertus assevero, nisi diuturni-
 tas & inveteratum malum ube-
 riores trahant moras: præsertim
 in scorbuto, malo hypochon-
 driaco, paralyti, spasmo, contra-
 cturâ, aliisque frigidioribus à
 viscidis, crassis, densisque ori-
 undis. Apoplexiam lenem, pa-
 ralytin, tumores artuum frigi-
 dos, œdematosos, præsertim
 recentes intra paucas septima-
 nas ad sensum motumque re-
 stituit.

Arthritis vaga summè dolo-
 rifica, spasmus seu convulsivus
 motus,

motus, brevissimè imò sæpè
intra 24. horas recens abigitur.

Podagræ dolores brevi pla-
cat, ac recidivæ frequentiam &
asperitatem (teste proprio) pro-
hibet ac lenit.

Hydrops, anasarca, leuco-
phlegmatia, cacochymia imò
tympanitis recens, auxiliatrices
manus persentiscunt citra me-
tum recidivæ.

Vertigo capitis, cephalagia,
hemicrania Catarrhus indèque
dentium auriumque dolor abi-
guntur.

Variolis, morbillis, alijsque
puerorum convulsionibus epi-
lepticis & terriculamentis, citis-
simè medetur. G 4 Ocu-

Oculorum diversa mala, suffusio, hypopium, nubecula, cataracta lenis non obdurata, hebetudo auditus, susurrus & dolor (nisi inveterata obstet mora) evanescent.

Uteri affectus, ejus suffocatio, gravidarum & puerperarum mala; uti parrus difficilis, secundinæ retentæ, hysterica passio, fluxus albus, menses suppressi, & etiam nimis exorbitantes, aliaque indè emergentia eliminantur.

In iliacâ passione, ictero, urinâ suppressâ, stranguriâ, optimum est remedium.

Dysenterix, lienterix, diarrhææ,

rhææ, inappetentiæ, colicæ,
vomitibus, singultibus à reple-
tione aut nimijs flatibus, nimijs
sputationibus præiens est re-
staurativum.

Hæmorrhagias plerasq; inte-
stinorum, uti dysentericas, ani,
seu hæmorrhoidum, uteri, naria-
um, stagnat; nisi à nimia ebullia-
tione & exæstuatione emanent,
cujus experientia nondum mi-
hi plenariè innotuit: imò è
contrario, etiam menses defi-
cientes alvum torpidam, ob-
structiones quascunque, alias-
que assuetas suppressiones soli-
tas aperit, & ad naturæ emolu-
mentum reducit.

Epilepsia puerorum ante annos pubertatis facile : in provectâ ætate & inveteratâ difficilius; ex hæreditate & in adultis cum memoriæ & intellectus imbecillitate nunquam curatur; & pro mali gradibus curæ tempus determinat.

Pulmonis vitia, tussis, asthma, phthisis in primo aut secundo gradu constituta, difficilis respiratio, bronchiorum pituitosa obstructio & dyspnæa exterminium patiuntur.

Cum primis omnes cerebri, nervorum, membranarum, ductuum lymphaticorum & succi nutritij vitiata organa, & affe-

ctus

Stus hujus tincturæ excellentiam pertimescunt.

In lue venereâ etiam consummatâ cujuscunque gradus aut malignitatis, inter omnia alia principatum gerit, vel insensibiliter (quæ si lenis sit) sine ullo occupationum impedimento: ubi verò inveterata, per lenem aliquam diù continuatum sudorem, qui foetidus & malè olens erumpet, absque tædiosis ambagibus, hac sola tinctura jucundè restitui, quod decocta lignorum, sudorifera, salivationes etiam repetitæ non impetrârunt: imò ulcera, gummata gallica, exesiones, dolores, vigiliæ,

lias, macies, totiusque sanguinis
 coinquinamenta solo interno
 usu corriguntur; ubi verò inve-
 teratum scorbutum comitem
 invenerit, curam tardio rem ex-
 postulat: imò sæpè horum duo-
 rum etiam sepe ratorum eadem
 nonnunquam comitantur sym-
 ptomata, in paucis discrimina-
 ta, uti perdoctè quidam demon-
 strant.

Sanguinem quemcunque co-
 agulatum citissimè dissolvit &
 perspirando educit.

In fracturis pedum, brachio-
 rum alijsvè læsis aut ruptis, præ-
 cavet humorum affluxum, tu-
 mores, inflammationes aliaque
 plerum-

plerumque concomitantia symptomata.

Hæc tinctura decrepitæ senectutis est singulare sustentaculum, dum sanguinis spirituumque vitalium lenta circulatio, viscositas & tenax pituitosa abundantia, hæc summâ sulphuræâ volatilitate ita corriguntur, ut mortem alias præmaturam, accidentalem & violentam inferos annos præscribat, usque dum naturalis (uti stipendium & peccati tributum) feliciora nobis appromittat.

Externis ferè omnibus etiam gravissimis malis efficacissimè succurrit, ejus usus tantum internus;

ternus; quia ab origine seu fonte interno, lymphâ succoque nutritio degeneratis promanant: externis solummodo paucis mundificantibus applicitis: quamvis mirè curam acceleret, si cum spiritu Anhaltino, lumbricorum, calcis vivæ, vitriolato, rosato alijsvè commisceatur, & cum petijs duplicatis applicetur.

Tumores œdematosos duros, lupum, cancerum recentem, ulcera phagademica, cacoethica, herpetica, serpentina, venerea, maligna, inflammationes, dolores vagos, gangrænam (quod in me supra octuagenario felix

exper-

expertus sum) gaudens sustuli.

Ut paucis multa constringam & concludam, tinctura hæc terè universalis confortando spiritus nostros vitales eliminat morbos acido biliosos, sive tam ab humoribus frigidis pituitosis, quam biliosis & calidis oriundos; nam vel removet producta seu causas occasionales, ex quibus humorum inspissatio, coagulatio & impedimentum circulare spirituum vitalium, & eorundem denegata perspiratio oriuntur. Vel spiritus vitales in morbis calidis & biliosis nimium fluidos, exæstuantes, ferocientes, exacerbatos, irritatos

ex humoribus acido acribus & biliosis mitigat, invertit, precipitat, mortificat & ad temperiem reducit. De quibus hic supra.

Quomodo verò, & qua de causa Divina & Paterna benignitas in suæ creaturæ solatium, tam varias sublunaribus inspicaverit natales dotes, imò cui eidem placuerit uni subjecto à sophis elaborando & perficiendo inesse universale medicamentum (quod par sit mortificando unum universale acidum morbosum) id ipsum admiratione dignum, excolere et bene usurpare decorum, reprehendere nefas sit. Verum

Verum si quispiam hisce meis
adscriptis tincturæ virib⁹ fidem
negare intenderet, eidem rarissio-
mos vulgoq; incurabiles citò ju-
cundèq; præstitos effectus speci-
atim cum personarū locorumq;
denominatione notificare pos-
sem: ni eorundem offensionem
& prolixitatem ob solidas causas
vererer: inter quas meas princi-
pales curas apoplexia lenis, para-
lysis, hydrops, convulsio, malum
hypocondriacum, melancho-
lia, mania, uterina, febres quæ-
cunque, arthritis vaga vel fixa,
pleuritis (sine venæ sectione ali-
jsq; medijs) lues venerea inter
coetera numerantur. Quas etiam

H

dubi

dubitanti & incredulo privatim,
æquè ac D. Fründeck, significare
potero.

Ne quis autem præsumere
aut malevolè divulgare queat,
me talentum hoc usuris & illicitis
usibus exponere velle; ei
sufficiat quod pauperibus &
egenis solius Dei & fraternæ
charitatis causa gratis libenter
distribuam. Uti vide hic pag. 67
a mediocriter autem ditatis &
in levioribus morbis, uti & in
febris intermittentibus tan-
tummodò unum vel duos Im-
periales, non priùs desidero;
nisi integrè sanatos præsens vi-
dero: reliquis verò personarum
quali-

qualitas, fortunæ conditio, & morbi gravitas pretium conveniens determinabunt; juxta illud Senecæ; petis à Medico vitam & valetudinem; ergo non tam valor medicamenti; sed potius pretium valetudinis restitutæ, pro gravitate morbi condignum venit æstimandum: quamvis vita & valetudo nullo pretio pensetur.

Si Lector universalem medicamenti existentiam, materiam, præparationem, & causas ex hoc libello evolvere gravaretur: ejus vires ex germanico idiomate paucis paginis comprehensas intelligere poterit.

In præfatis tamen singulisque appromissis curationibus; id cum micâ salis advertendum, quod pro personarum & morborum gradu, vehementia, morâ, ægri obedientiâ, alijsque hic citatis considerationibus attentis curæ ratio sit habenda & prognosticanda; saltem hoc assevero quod hoc medicamen excellentioris sit virtutis & efficaciz, quam multifaria pharmacopæorum ventilata remedia.

DE DOSI

TINCTURÆ AURÆ.

Dosis pro ætatis morborumque varietate diversifica-

tur;

tur ; tenellis & recens natis ab uno ad decem annos totidem guttæ quod annos habent vel etiam paucò plures : ab his ad 20. & ultra annos, 20. guttæ ; indè ad proVectiores annos 25. ad 30. gutt. circiter aut pro gravitate morbi plus minus dentur cum uno alterovè cochleari vini adusti, anisati, citrij, juniperi, cordiali, vini aut cerevisiæ manè in lecto, & vesperi sub in cubitum medietas sumatur, & diluculo lenem in lecto, suavemque madorem aut sudorem, si natura eò inclinè, sine magna vi sollicitando, quamvis sine eo insensibiliter aut per urinam

H 3

aut

aut aliorum dotes suas submi-
nistret.

In paralyfi, hydrope, arthri-
tide vaga, fixa, & podagra sudor
erit laudabilior, & pro mali
ferocia, uti in acutis, ter de die
hæc tinctura usurpari poterit:
nec quicquam oberit si in dosi
nonnihil excedatur, cum in
confortativis non facillè exces-
sus culpetur.

Qui inveterato morbo ma-
cerantur, & extra lectum voca-
tioni serviunt, uti scorbutici,
hypochondriaci, asthmatici,
cacoethici, phthysici &c. sin-
gulo manè jejunè vel in primo
potu in mensa 3. ad 4. guttulas
ebibere

ebibere poterunt, & per 8. dies
continuarè, & post 8. dierum
decursum (in quibus nihil sumi-
tur) reiterare: imò instar aci-
dularum omni manè à guttis 6.
circiter cum vino adusto aliòvè
vehiculo gradatim unicâ guttâ
(usque ad terminum justæ do-
seos seu ad 30. guttas) ascenden-
do incipere, tum rursus paula-
tim descendendo ad 6. guttas,
curam finire poterunt. Si ægri-
tudo in chronicis (ast non in
acutis) moras patiatur, lenia
laxantia, & minimè fortiter
purgantia per 3. aut 4. dies con-
tinuos præmittantur, & diebus
intercalaribus aperientia inter-
ponantur. H 4 Præ-

Præservativè per aliquot dies,
 manè gutt. 3. & per intervalla; in
 cōtagiosis sæpius, in senib; alijs-
 q; initio prandij aut coenæ in po-
 tu ordinario, vel jejunè cum vi-
 no adusto, cordiali aut alio placia-
 to vehiculo profunt, & senectuti
 decrepitæ singularem vigorem
 conciliant, uti in me supra octu-
 agenario indies salutariter ex-
 perior.

DE DIÆTA.

CUM in usu & abusu sex re-
 rum naturalium dependeat
 tam sanitas quam ægritudo, tam
 vita longa quam brevis in no-
 stro

stro libero arbitrio sita. Sequitur infallibilis conclusio & determinata veritas : quantum conveniens diæta vitæ possit adjicere incrementum; donec naturale et inevitabile mortis tributum & peccati stipendium in dierum maturitate advenerit, & ita calor nativus & humidum radicale consumptum fuerit.

De diæta ait Hippocrates : sanitatis studium est, citrà faticatatem vesci, exercitium seu motum non refugere, veneri non nimium indulgere, & animi pathemata moderari.

Et de cibis ait : cibus blandi-

H S menta

menta gulæ nesciens et moderate sumptus, tantum vitæ longæ addit incrementum; quantum nimia saturitas vitæ longæ est inimica. Ciborum equidem usus est maximè necessarius; ast usus aut abusus, moderata vel excessiva ciborum aut potuum copia, animi immoderatus motus, irrationalis veneris aut concupiscentiæ usus etc. est puræ consuetudinis: ubi consuetudo est altera natura, undè S. Aug. ait de ingluvie: nescit voluptas ubi desinit necessitas; imò tales damnosam patiuntur proprii appetitus tyrannidem. Mastica-

primis indebiliore stomacho
observanda ; nam unus bolus
non benè masticatus, plus mole-
stix adfert, quam sex alij boli,
mandendo benè contriti.

Multitudo ciborum est nu-
trix morborum, ob diversorum
assumptorum facilem aut diffi-
cilem variamque concoctio-
nem: imò antiquitùs tam Reli-
giosi quam Philosophi, solo
pane & aquâ cum paucis juscu-
lis aut pulmentis vitam ad 90.
& ultrâ annos prolongârunt ;
videatur Nobilis Cornarus Ve-
netus in Hygiastico de diæta,
quâ ipsemet fulcitus in anno
ætatis suæ 95. librum Reipub.
Vene-

Venetæ sanus & sensibus integer dedicavit; attamen observandum, quod sanis sint omnia moderatè sana, nec ab inveterata consuetudine (quæ dicitur altera natura) ex abrupto, sed gradatim ad naturæ ordinem salutarem, recurrendum; nè præmaturâ morte abripiamur, aut causatis morbosis calamitatibus torqueamur: aut mala quæ nos præmunt, ad Medicum ire compellant, de quo Helmont. ait: quod Medicus sit quasi mediator inter Deum vitæ Principem & mortem, ut quas ægretudinis poenas Deus homini inflixit, eas Medicus,

pro-

proprijs clementiæ Dei donis,
moderetur & tollat.

Plura de diætâ viribus obser-
vanda tradit Adm. R. P. Leo-
nard. Lessius Soc. J. in suis duo-
bus libris sc. in ejus hygiastico
sive de diætâ, & de 50. nomini-
bus Dei, qui est compendium
Verè aureum Theologiæ my-
sticæ seu contemplativæ: ubi in
priori mortalis vitæ diæteticè
prolongandi, in posteriori vitæ
mortalis immortalis, modum
viamque evidentissimè de-
monstrat,

AP.

A P P E N D I X.

DE TERMINO VITÆ.

EX præfatis hujus libelli contentis posset objici: si Deus prævidit uniuscujusque vitæ & mortis terminum, diem & horam, ad quid medicina universalis confert, ad vitam longam vel brevem ejusque morbos, morosque indeclinabiles satellites removendos: ast distinguendum, alium esse terminum decretorium, absolutum, naturalem & inevitabilem: alium violentum accidentalem & im-
 matu-

maturum, & hunc esse arbitrio nostro subjectum, testante scriptura servies Deo & numerum dierum tuorum explebo Proverb. 10. timor Domini apponet dies, & improborum anni abbreviabuntur. Proverb. 3. beatus homo, qui invenit sapientiam, nam longitudo dierum est in dextra ejus. Honora patrem ut sis longævus super terram. Sic accidentalem violentum casualem & voluntarium in vitæ erroribus, vulnere, incendio, ruinâ, Cerere & Baccho & in alijs quotidie mortales experiuntur. Sic Altissimus creavit Medicum, & è terrâ medicinam

Determino vitæ.

cinam & vir sapiens non spernit
 eam: sic deus hominem in manu
 consilij & arbitrij sui constituit,
 ut vitam tueretur, & nocitura
 declinaret, hancque arbitrij
 libertatem saltem in physicis &
 moralibus si non in Divinis (quæ
 præsupponunt gratiam præve-
 nientem & sufficientem omnia
 bus gratis datam) gratiosè con-
 cessit. Sed instabunt Plebei,
 imò etiam acutissimi hujus opi-
 nionis reformatores sustinentes:
 si Deus prævidit aut prædesti-
 navit mortis certum et infalli-
 bilem terminum tam natura-
 lem et absolutum quam violentum,
 accidentalem et immatu-

rum ad quid nostrum in sex
rebus naturalibus liberum arbi-
trium, earumque usus aut abu-
sus aut medicina universalis,
ad istum terminum immatu-
rum aut violentum immutan-
dum, cum quod prævidit id
necessariò sit eventurum. Cui
quæstioni satis intricatæ ut sa-
tis fiat, & utraque positio persi-
stat inviolata: sciendum, quod
in Deo non cadat tempus præ-
sens, aut futurum: sed quod in
Deo omnia sint præsentia, de
quibus S. August. in suis soliloq.
ait: quod ad mille annos hujus
temporalitatis expecto, hoc in
conspectu & prævisione Dei
I jam

jam tum factum, & sacrae scri-
 pturae conforme est. Sic Agnus
 Dei ab initio mundi occisus.
 Ante luciferum genui te. Natus
 est Filius Dei ante omnia mundi
 sæcula. Sic Judam cum suo
 libero arbitrio non necessitavit
 traditorem, nec Petrum negan-
 tem necessitavit poenitentem,
 quæ labyrinthus etiam subti-
 lissimos torfit Theologos, qui,
 si non Medicorum censuras,
 saltem rationes admittent. quæ-
 rendum igitur, quæ Deus ex ar-
 bitrij libertate uti præsentia in-
 tuetur, an quicquam necessita-
 tis, ejus addat oculus, cum om-
 ne futurum Divinus semper
 præ-

præcedat intuitus, & sic oculus
cuncta videns, ad præsentiam
proprie suæ cognitionis omnia
retorquet & derivat. Uti homo
videns alios equitantes, curren-
tes, stantes, non infringit eorum
libertatem. Sic prævisio Dei,
liberos relinquit rerum futura-
rum eventus; nec venturis
quicquam necessitatis impor-
tat: Dei namque scientia om-
nem temporis supergressa mo-
tionem, in suâ manet præscien-
tiæ simplicitate; infinitaque
præteritorum & futurorum
spatia complectitur, & omnia
quasi jam gerantur, in suâ sim-
plici cognitione considerat;

hinc non tam futurorum præ-
 scientiam aut providentiam;
 sed potius scientiam nunquam
 errantem dixeris: sed ais fortè:
 quod eventurum Deus videt,
 id non potest non evenire; quod
 autem non potest non evenire,
 id ex necessitate contingit, &
 liberum arbitrium excludit.
 Quæ quidem ratio est solidissi-
 mæ veritatis, attamen solidam
 admittit distinctionem: quod
 idem venturum, cum ad divi-
 nam prævisionem refertur sit
 necessarium: cum verò in sua
 natura & ad hominem deriva-
 tur, sit omninò liberum & à
 necessitatis nexu absolutum; &

ita

ita omne futurum Divinus antecedit intuitus & manet spectator cunctorum. Hiscè Medicè allatis contentus subtiliora Theologorum inquisitioni & censuræ relinquo; mihi que sufficit quod Deus, qui secundarum causarum cursum non tollit, ita Medicinæ usum non expellit.

Sed properat calamus & ætas mea ad finem: quapropter merebitur ut spero præsens libellus pleniorẽ tincturæ suæ fidem & ascensum, quod ultra 56. annos habuerim amplissimam praxin Medicam, tam activam quam passivam, idque

tam in calidis quam chronicis
& frigidis periculosissimis mor-
bis à me solo feliciter curatis. De
reliquo nihil superest nisi quod
imperiosæ & indeclinabilis
mortis tributum (divinæ pote-
stati & dispositioni subjectus)
domino meo persolvam, qui
hanc mihi gratiosè concessit
libertatem, ut præter felicem &
tam diuturnam praxin in ma-
turityte dierum meorum hujus
rarissimi arcani possessionem
(non ex libris clarè descriptis,
neque ex aliorum communi-
catione, sed singulari dei bene-
ficio) pro solatio posterorum
consecutus fuerim; nihilque
mihi

mihî nunc superest, nisi ut hoc
 temporis spatium, quod ab in-
 fantiâ usque ad senectutem per-
 cûrri; ita dirigam ut maturus
 fiam ad pergendum aut emi-
 grandum eò, ubi immarcessibi-
 lis rerum status & tranquilla
 libertas me feliciorem suaviter
 expectant.

Venit enim properata nimis
 inopina senectus
 Languorque ætati iussit inesse
 meæ.

Ut tandem certus vitæ, mor-
 tisque sequatur Termi-
 nus &

F I N I S.

(130)
COMPENDIUM

Hujus libelli per foritem seu de-
ductionem unius ex altero,
dilucidè compre-
hensum.

OMnis forma sublunaris
Physica educitur è potentiâ
materiæ, seu seminis, à creatore
ei inditi. Hæc forma dicitur in
vegetabilibus anima vegetati-
va, in animalibus & in homine
(licet eminentiore) anima sensi-
tiva : quia omnis homo est ani-
mal. Hæc anima dicitur alijs
lux, natura, spiritus vitalis, cali-
dum & humidum radicale,
sive forma, cui vi seminis & per
tradu-

graducē eductæ è potentia ma-
 teriæ, & in utero embryonatae,
 & organifatae, Deus tum juxta
 Theologos infundit animam
 immortalem : quæ sola inter
 omnes sublunares formas est
 vera substantia seu ens per se,
 extra materiam suam informa-
 tam existens; quod omnibus
 alijs formis sublunaribus dene-
 gatur. Et idcirco forma hæc
 materialis educta, est vinculum
 seu nexus quo vincitur, conne-
 ctitur & continetur anima me-
 re spiritualis & immortalis cum
 materiâ. Hæcque forma, seu
 anima sensitiva seu vita vivificat
 materiam & in ea operationes

suas inditas exercet : quo vinculo seu nexu læso, rupto, vitiatto, non debitè nutrito & deficiente, anima vitalis sensitiva (uti calor nativus absumptus) exspirat, evanescit, & transit in suum chaos, & deserit suam informatam materiam : quâ exspiratâ, subsequitur alia proportionata forma, ad materiam (quæ ad quas vis formas suscipiendas apta) denuò informandam. Hæc anima sensitiva, spiritus vitalis seu forma est in continuo fluore seu fluxu, motu, in- & exspiratione, ut supra patet, ideò continuo indiget sustentaculo, pabulo, & nutrimento:

mento : quod ipsum necessario desumitur ex sex rebus naturalibus præcipuè ex cibo potu & aëre, sine quibus nec homo nec animal diu in vita persistere potest.

Imò hæc alimenta seu cibus potusque assumpta per se nil spiritibus vitalibus profunt, nisi seperatis fæcibus aut excrementis, bene chylicata in sanguinem & succum nutritium spirituosum convertantur, & tum conforme & conveniens pabulum administrant. Hujus igitur spirituosi nutrimenti, magna est differentia, latitudo, gradus, & diversa bonitas ex sex rebus

natu-

naturalibus haurienda. E contra quando hæ degeneres & vitiosæ depravantur, tum morborum & causarum occasionalium naturam induunt, quæ si solidiori aut generosiori cibo potuque aut bona diætâ eliminari nequeunt; tum medicamentorum & Medicorum auxilium desiderant: & uti ciborum potuumq; nutriendorum, ita & medicamentorum curandorum, maxima est latitudo, differentia & bonitas: nam alia dantur specifica seu occultæ qualitates; alia certam corporis partem organicam respicientia (uti Cephalica, Epatica, Splenetica,

ecica,
tas plu
cientia
chresta
ybeata
lia, un
D. Bec
raque ra
alia, qu
particul
panacea
tulo glo
particul
dunt, ca
tinent.
qui ex
stringi
tuas do
illud

netica, Uterina &c.) alia diver-
 sas pluresque simul partes affi-
 cientia ; uti polyacæa seu poly-
 chresta , antimoniata , cha-
 lybeata tartarifata , salia volati-
 lia, urinosa Doctoris Sylvij,
 D. Becheri aliorumque , alia,
 eaque rarissima dantur univer-
 salia, quæ spretis alijs specificis
 particularibus aut polyacæis,
 panacææ seu universalitatis ti-
 tulo gloriantur , & omnium
 particularium limen transcen-
 dunt, eaque in se virtualiter con-
 tinent. Et hic est nucleus iste,
 qui ex corticibus, quibus con-
 stringitur, enucleatus, innatas
 suas dotes suaviter explicat: jux-
 ta illud: Est

Est opus ut frangas si cupis
esse nucem.

Et universalitatis characterem
meretur. Nam quemadmodum
alia medicamenta sunt purgan-
tia, vomitiva, diuretica, dia-
phoretica, aperitiva, corrobo-
rativa &c. & eorum singula in
suis limitibus persistunt, & vi-
res suas unicuique particulari sub-
ministrant: ita hæc tinctura
aurea aliaque huic similis, om-
nes aliorum particularium par-
ticulariter operantium faculta-
tes supergressa, transcendit ad
universalitatis fastigium, & NB:
ipsa sola omnes istas exercet
operationes universaliter, quas par-

particularia, particulariter singulis corporis partibus confecerunt. Hinc syllogisticè concludo. Quod vitam seu spiritus nostros vitales in sanitate conservare, & vitiatos, læsos, debiles confortare, & morborū causas exterminare potest, id ipsum est medicamentum universale. Atqui hæc tinctura est talis. Ergo. Uti ex præfatis constat.

Si hic libellus, quædam obscura, ambigua, dubiosa, nec cuivis clara continere videretur, id ipsum flaccescenti meæ grandævæ ætati condonandum & subtiliori ingenio perficiendum aut meliorandum relinquo.

Ex

Ex quo omnia † per quem omnia
omnia † in quo omnia †
Ipsi soli Gloria.

per quem omnia
omnia †
loria.



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black

TIFFEN® Gray Scale

© The Tiffen Company, 2007

R	G	B	W	G	K	C	Y	M
A	1	2	3	4	5	6	7	8
9	10	11	12	13	14	15	16	17
18	19							



